

Canonici Collegiatae, seclusa consuetudine in contrarium, uti personae graduatae et in quasi dignitate constitutae, non genuflectunt, sed caput et humeros profunde inclinant Episcopo et altari. n. 4091 ad 2 die 11. Julii 1739.

Ad dubium: an occasione processionis, quae fieri solet in die festo s. Gregorii. Canonici Collegiat. Vallettae, transeuntes ante Episcopum, debeant genuflectere eidem? S. C. resp.: Negative n. 4359 ad 1 die 16. Maii 1772.

Ad dubium: an Canonici Colleg., non obstante asserta consuetudine teneantur genuflectere Episcopo ad differentiam Canonic. Cathedr. altari et Episcopo sive pontif. sive cappa tantum et mozzetta induto? S. C. resp.: affirmative in omnibus. n. 4827 ad 3 die 23. Sept. 1837.

g) Incensatio.

a) Ductus.

Vd. *Incensat. Cleri; Canonici Cath.* (incens.).

Servandam esse consuetudinem loci et quatenus consuetudo non adsit, thurificandos esse Canonicos Eccl. Coll. duplici ictu thuribuli. n. 468 die 19. Jan. 1613; n. 4108 ad 8 die 27. Jan. 1741.

Satis esse, si Prior Collegiatae, dum in Cathedrali simul cum illius Dignitatibus et Canonicis interest, duplici ductu thurificetur. n. 574 ad 5 die 19. Aug. 1619.

Canonici et Archipresbyter Collegiatae Fundanae, in Cathedrali divinis Officiis assistentes duplici ductu thurificandos esse. n. 2694 ad 2 die 16. Junii 1674.

Dignitates (Collegiatae) thurificari debent dupl. ductu, prout caeteri Canonici; forte si adesset consuetudo de tripl. ductu, absente Praesule, quae autem debet esse immemorabilis et

formiter probanda. n. 2944 ad 5 die 1. Mart. 1681.

Thurificationem Canonicis Colleg. Navariae interveniente Capitulo Cathedrali. deberi ab eodem ministro sed unico ductu. n. 3548 die 23. Januarii 1700.

Thurificationem Canon. Colleg. Casal. (praesente Capitulo Cathedrali.) per Acolythum unico ductu cum inclinatione capitis antea et post singulis Canonicis. n. 4225 ad 8. die 15. Julii 1752; n. 4232 die 14. Apr. 1753.

b) Series.

Thurificandas esse Dignitates et Canonicos Collegiatae Altamurae ex parte Hebdomadae et deinde Dignitates et Canonicos stantes in altera parte. n. 2944 ad 1 die 1. Mart. 1681.

Ad relationem Collegiatae Altamurae S. C. resp.: Thurificandas esse incensato Celebrante prius a Diacono Dignitates et Canonicos stantes in stallo, postea dignitatem, quae fungitur Officio presbyteri assist., duos Diaconos assistentes et Subdiaconum et demum ipsum Diaconum a Thuriferario. n. 2944 ad 2 die 1. Mart. 1681.

h) Insignia et habit. extra Eccles. et Dioeces.

Vd. *Canonici Cathed.* (Insignia etc.).

i) Parati.

Vd. *Processio* (Canon. Colleg.).

k) Praecedentia.

a) Inter sese.

Cf. *Synodus* (sessio).

Canonicum Sacerdotem antiquiorem in ipso ordine Sacerdotii et posteriorem in Canonicatu praecedere debere cuique alteri Canonico non Sacerdoti quamvis anteriori in Canonicatu ejusdem Colleg., in qua tamen Praebendae non sint distinctae in presbyterales, diaconales et subdiaconales. n.

2462 die 12 Jan. 1669; n. 2754 die 28. Sept. 1675; n. 2956 die 7. Junii 1681 cum append. „quacunque contraria consuetudine etiam immemorabili non obstante“. n. 3311 die 9. Maii 1693; n. 3797 ad 1 die 2. Mart. 1709.

Stante consuetudine antiqua Ecclesiae s. Mariae Rotundae de Urbe, quod illi Canonici Collegiatae praecedant, qui prius Canonicatum obtinuerint, licet non sint Presbyteri et quod ibi Praebendae non sint distinctae nec Concil. Trid. de Reform. Sess. 24 c. 12 loquatur de Ecclesiis Colleg. sed de Cathedrali. tantum et quod hujusmodi consuetudo viget etiam in aliis Ecclesiis Colleg. Urbis, nihil pro nunc innovandum sed consuetudinem servandam esse. n. 331 die 16. Dec. 1606.

In Collegiata Ceglieae, in qua Praebendae non sunt distinctae, antiquiori Canonico receptione sed posteriori Sacerdotio non competere praecedentiam seu reintegrationem adversus alios Canonicos posteriores respective, sed antiquiores Sacerdotio, postquam ipse antiquior fuit effectus Sacerdos, quia posteriores jus semel adeptum ex Sacerdotio nunquam amittunt, ut saepe ac pluries declaravit S. C. n. 2511 die 9. Aug. 1670; n. 3797 ad 2 die 2. Mart. 1709.

Praecedentiam in choro et aliis ecclesiasticis functionibus deberi Canonico sacerdoti in Collegiata Eugubii, licet posteriori receptione, adversus quemcumque alium Canonicum non sacerdotem, licet anteriorem receptione, et postea effectus quoque esset sacerdos, stante quod Praebendae in dicta Colleg. non sunt distinctae in presbyteralem, diaconal. et subdiacon., sed sunt omnes de numero presbyterali. n. 2571 die 19. Dec. 1671. n. 3495 die 27. Sept. 1698; idem decr. sub. n. 4422 die 27. Maii 1786 pro Collegiata Oppidi Brane Dioecesis Placentinae.

„Juxta Congregationis votum posse Capitulum Collegiatae Ecclesiae S. Jacobi Civitatis Calathaeronen. vigore praefatarum Literarum Conopaeum, et Tintinnabulum gestare; verum in iis tantum solitis et consuetis Ecclesiasticis functionibus, in quibus non concurrat cum altero Cathedralis Ecclesiae Capitulo, idque in Ecclesiae ambitu, vel intra limites tantum ejusdem Paroeciae, excepta dumtaxat ab hac limitatione solemni supplicatione ab eadem Collegiata fieri quotannis solita per vias Civitatis in die festo S. Jacobi ejusdem Ecclesiae Titularis.“ Atque ita decrevit, statuit, et in posterum servari mandavit. N. 4531. Die 25. ante dicti mensis, et anni. (Mart. 1817).

Ad dubium: an simplex Clericus in Collegiata obtinens Canonicatum, cui adnexus est titulus Thesaurarii ac proinde pro 3. Dignitate habeatur, praecedere debeat tam in choro quam in processionibus aliis Canonicis Presbyteratu insignitis et locum suae Dignitati proprium obtinere? S. C. resp.: affirmative. n. 4370 ad 1 die 11. Dec. 1773.

MILITEN.

Collegiata in Ecclesia S. Mariae Maj. Oppidi Montisleonis Dioecesis Militen. multi quum sint Canonicatus diversae erectionis, novissimus Philippus Morsilli, dimissa Canonicali Praebenda, qua nonnullis abhinc annis potiebatur, novam obtinuit vacantem per mortem Canonici Gregorii Giusti. In actu possessionis hujus novi Canonicatus sedem in Choro adivit, quam primitus ratione antianitatis obtinebat, ut tempore S. Functionis nulla in Populo admiratio, vel inter Clerum in Templo Dei dissentio obveniret, ne unus quidem ex Canonicis obstitit. Quum vero unusquisque penes Sacramentum se recepisset, illico Canonicus Morsilli fuit admonitus, se per novam

quia aut consuetudo aut peculiare circumstantiae diversum exigebant responsum.

b) Super alios.

Cf. *Synodus; Sedes Cleri in Synodo* (decr. n. 3993); *Canonici Eccles. Cathedr.* (praecedentia); *Magistratus*.

In Processionibus antecedant ante totum Clerum Ecclesiae Cathedralis: Vd. *Processio; Processio in festo ss. Corp. Chr.*

Ad Funeralia in Eccles. Cathedr. congregantur: Vd. *Processio funebr.*

Capitulum et Canonicos Collegiatae Parocho et Clero Ecclesiae Parochialis Matricis in omnibus praefendum esse. n. 1837 ad 1 die 4. Aug. 1657.

Canonici Ecclesiae Colleg. in omni actu semper praefendi sunt Ecclesiis simplicibus et non Collegiatis. n. 150 die 10. Junii 1602; n. 1121 die 5. Febr. 1639.

Non competere Priori Collegiatae praecedentiam super Canonicos Cathedralis. n. 574 ad 6 die 19. Aug. 1619.

Canonicos Collegiatae capitulariter convenientes in Ecclesia parochiali occasione festivitatum aut funeralium habere debere praecedentiam super omnes alios praeter celebrantem solemniter aut Officium facientem. n. 1045 ad 1 die 21. Junii 1636.

Praecedentiam deberi Ecclesiae Collegiatae supra omnes alias Ecclesias non Collegiatas, *etiamsi praedictae Ecclesiae non Colleg. habuerint praecedentiam supra Ecclesiam Colleg., antequam in Collegiatam erigeretur.* n. 1101 die 27. Nov. 1638.

Praecedentiam competere Canonicis Collegiatis supra Abbatem. n. 1580 die 6. Apr. 1647.

Collegiatam canonicè erectam jus praelationis acquirere super caeteris a die expeditionis litterarum apostolicarum. n. 1857 ad 4 die 4. Aug. 1657.

Ad dubium: an in functionibus publicis Cathedralis, in quibus interveniunt Canonici Collegiatae, iidem Canonici sedere debeant post Beneficiatos Cathedr.? S. C. resp.: In hoc casu Canonicos Collegiatae praefendos esse Beneficiatis Cathedralis. n. 1119 ad 1 die 2. Julii 1661.

Sedeant Canonici (Colleg.) Canthiani immediate post Collegiatas antiquioris erectionis in eodem banco. n. 2220 die 16. Junii 1663.

Ad dubia: 1. An in Processionibus, caeterisque functionibus Ecclesiasticis praecedentia debeatur Capitulo, et Canonicis Ecclesiae Collegiatae S. Matthaei Sarni, vel potius Seminario ejusdem Civitatis? Et quatenus Negative quoad primam, Affirmative quoad secundam partem.

2. An eadem praecedentia debeatur dicto Capitulo, et Canonicis, quotiescunque praefatum Capitulum, et Canonici incedant sub Cruce Cathedralis?

Et S. eadem R. C. respondendum censuit:

Ad 1. Negative quoad primam partem, Affirmative quoad secundam, quando incedunt sub diversa cruce."

Ad 2. „Affirmative.“

Et ita decrevit, ac servari mandavit. N. 3882. Die 15. Februarii 1716. In Processionibus Prior et Canonici Collegiatae Castignani praecedere debent parochis aliisque presbyteris et Praebendatis Ecclesiae paroch. s. Petri. n. 4042 ad 3 die 21. Apr. 1736. Idem decret. pro civitate Augusta Dioeces. Syracus. n. 4965 ad 2 die 17. Junii 1743.

3) Qui sunt Canonici?

Presbyteri de capitulo Ecclesiae Nucerinæ petebant declarari: quod Canonici dicantur, qui habent stallum in choro et vocem in Capitulo. S. C. R. resp.: *Negative*. Non enim valet Consequentia: Habent vocem in Ca-

pitulo, ergo sunt Canonici. n. 608 die 31. Jan. 1626.

Vd. *Coadjutor Canonico*.

4) Canonici Parochi.

Vd. *Canonici Supranum; Canonicus Parochus; Processio funebris*; (Praeced.; praecip. decr. n. 4673).

Ad dubium: An Canonicus Paroch. Eccl. Metrop. Ravennat., quum conventui Parochorum interest, jus habeat sedendi in distincto subsellio, seu potius sedere debeat in alio loco juxta ordinem antianitatis? S. C. ... rescribendum censuit:

„Negative quoad primam partem: affirmative quoad secundam.“

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit. n. 5100 ad 1 die 11. Septbr. 1847.

5) Supranumerarii.

a) Incensatio.

Vd. *Canonici Cathedr.* (incensatio).

b) Praecedentia.

Vd. *Canonici non consecratus; Canonici honorarii*.

Canonicos supranumerarios Cathedralis Nepesinae stante consuetudine decenniali praecedere debere Canonicos de numero postea receptos. n. 737 die 27. Mart. 1628.

Canonici supranumerarii et Antiani non consecrati non debent praecedere sacerdotibus. n. 2239 ad 2 die 4. Aug. 1663; n. 2287 ad 2 die 30. Aug. 1664.

Sacerdos Petrus Bonasera Canonicus Supranumerarius Cath. Pitilianen. itemque Eccl. S. Mariae in Civitate ipsa Parochus, quum S. R. C. sequentia Dubia pro opportuna declaratione exhibuerit, nimirum:

1. An in funeribus, facta ab haeredibus electione, dum Orator uti Parochus advocat ad funus Cathedralis Capitulum, possit praecedentiam habere

incedendo cum Stola ante Feretrum, locumque in stallo supra Capitulum assumere, cujus ipse est Canonicus supranumerarius?

2. An Parochus Canonicus supranumerarius Cath., in propria Eccl., praesente ipsius Cath. Capitulo, jus habeat Missam canendi?

3. Parochus constitutus Canonicus Supranumerarius cum plenitudine juris Canonialis, expressa voce: *Audito Capitulo*, utrum vocem habeat in Capitularibus Comitibus?

S. eadem C. post acceptam Rmi. Pitilianen. et Soanen. Informationem cum Voto, auditamque a subscripto Secretario fidelem relationem, in hodierno Ordinario Coetu ad Quirinale coadunata, omnibus maturo examine perpensis, rescribendum censuit:

Ad 1. „Affirmative in associatione Cadaverum: in Officio pariter affirmative, si Hebdomadarii munus exercent.“

Ad 2. „Affirmative, praesente Corpore, et in diebus III., VII. et XXX., in Anniversariis aliisque Functionibus negative, sed spectare ad Hebdomadarium.“

Ad 3. „Vocem habere tantum quando agitur de Disciplina, vel novo honore, aut onere suscipiendis.“

Atque ita rescripsit, servarique mandavit. n. 5133 die 22. Julii 1848.

CANONISATIO.

Vd. *Martyrologium; Sancti; Calendarium; Beatificatio*.

Nullatenus in *Anniversario* Canonisationis debere celebrari festum cum Officio, nisi illa tantum die Canonisationis et eo modo, quo concesserit S. C. n. 772 ad 6 die 28. Oct. 1628; 8. Apr. 1628.

Facultatem concessam in litteris et Bullis Canonisationum celebrandi festum de aliquo Sancto Canonisato et Officium

possessionem occupare debere ultimum in Choro Stallum. Ille autem consiliis non aquiescens, S. R. C. adivit, quod per supplicem Libellum praestitit Capitulum pariter, et coram R. P. D. Secretario Kalendis Junii anno vertente de more praesentibus Partibus, seu Procuratoribus deputatis, sequens concordatum Dubium fuit suo tempore disputandum, nimirum: An sit locus dimissioni veteris Stalli, seu potius manutentioni in casu? Adventante demum disputationis momento, in Ordinariis scilicet S. R. Comitibus penes Quirinales Aedes subscripta die coactis, nullam pro se Canonicus Morsilli rationem attulit, immo nec Procurator pro defensione comparuit; sed quum Capitulum recensitae Collegiatae desideret quaestiones abrumpere, omnia ordinate componere, et sibi in posterum regulam juxta alias praescribi, humillime S. R. C. rogavit pro Dubii solutione. Et Emi. et Rmi. P. S. Ritibus praepositi, audita plena relatione ab Emo. et Rmo. D. Card. Constantino Patrizi Urbis Vicario, et Ponente, facta, attentis consideratisque rationum momentis, omnibusque quae ad facti speciem attinent mature libratis, rescribendum censuerunt: *Pro Informante* locum nimirum esse pro dimissione veteris Stalli.

Atque ita rescripserunt, ac servari mandarunt in Choro Colleg. Eccl. S. Mariae Maj. supradictae, n. 4944 die 24. Sept. 1842.

Ad dubium: an ad Canonicos Clericos Collegiatae Eccles. S. Mariae Sermonetae possessione antiquiores seu potius ad Canonicos presbyteros antianitate posteriores tam in stallo quam in omnibus aliis functionibus tam intra quam extra Ecclesia spectet praecedentia? S. C. resp.: Negative ad primam partem; affirmative ad secundam. n. 4612 die 5. Mart. 1825.

NOTA GARDELL. AD HOC DECRETUM:

Etsi centies a Sac. Rit. Congregatione declaratum fuerit, quod ubi praebendae non sunt distinctae, praelationis ratio petenda sit ab dignitate Ordinis, non ab anterioritate possessionis, ita ut Presbyteri Diaconis, hi Subdiaconis anteire debeant, Clerici vero ultima tenere subsellia, et in Processionibus aliisque sacris functionibus locum iisdem cedere: nihilominus frequenter ad Sacram Congregationem deferuntur querelae ob insolentiam Clericorum, qui anterioritate possessionis superbientes, nolunt se intra praescriptos continere fines, et locum dignioribus debitum usurpare praesument. Ideo, exorta hujusmodi controversia inter Canonicos Clericos Collegiatae S. Mariae Sermonetae, qui praestare contendunt tam in stallo, quam in omnibus aliis functionibus, tam intra, quam extra Ecclesiam Canonicos Presbyteros potiores Ordine, sed possessione posteriores, incassum adlaborante Episcopo, ut litem componeret, turbatamque pacem revocaret, opportunum huic malo remedium a Sacra Congregatione petitum fuit, quae, constans in sententia, et inhaerendo Decretis alias latis Canonicos in casu proposito Presbyteros posteriores antianitate praefereandos esse Canonicis Clericis possessione antiquioribus, edixit. Regulam dat Decretum in una Urbis S. Mariae ad Martyres. Postquam enim S. C. rem definiverat sub die 29. Martii 1659, non acquiescentibus Canonicis Clericis, iterum discussa fuit controversia in S. R. C. ordinaria habita coram SSmo., et Sanctitas Sua nedum decrevit: Canonicos Sacerdotes, quamvis possessione Canonicatus posteriores, ubi praebendae non sunt distinctae, semper, et ubique praefereandos esse Canonicis inferioris Ordinis, etiam possessione Canonicatus anterioribus:

Verum etiam addidit: non obstante immemorabili consuetudine, quam ab usum imperscriptibilem declaravit. Duo praesertim in hoc Decreto notanda sunt: Primum, quod, ut generale habendum est, quia Pontifex dictionem ubique adhibuit, qua significare voluit, in omnibus Ecclesiis tam Cathedralibus, quam Collegiatis, ubi praebendae non sunt distinctae, praefereandos esse Presbyteros Canonicis clericis, quamvis hi sunt possessione anteriores. Secundum vero, quod minime prodest consuetudo, etsi immemorabilis, quae non aliam qualitatem habere edixit, nisi illam abusus imperscriptibilis. Neque a regula declinavit S. C. in similibus controversiis alias excitatis. Forte tamen quis erit, qui secum putet, diversum quandoque fuisse iudicium, ac inter se pugnare Decreta. At oppido fallitur, qui ita credit; nam S. C. semper pro regula stetit, ut ex pluribus Decretis evidenter patet. Quod si aliquando ab eadem recessisse videatur, id accidit in casibus particularibus, et concurrentibus, aut alia consuetudine, aut circumstantiis, quae diversum exigebant responsum. Ita in Tropien. 10. Dec. 1619 respondit: Praecedentiam competere Canonicis prius receptis: ex eo quia eiusdem Ecclesiae consuetudo habet, ut Canonici omnes sint Presbyteri. Sed praeterquamquod hoc Decretum elatum est longe prius, quam generalis regula prodiret in posterum servanda, quae, ut supra notatum est, peti debet a S. C. responsis Pontificia auctoritate firmatis, in Causa praecedentiae inter Canonicos S. Mariae ad Martyres: eadem S. C. die 24. Maii 1659 id declaravit, quod forte in Tropien. erat obscurum, edicens, quod, ubi praebendae omnes sunt Presbyterales, sequens ordo tenendus sit: Consuetudinem Ecclesiae servandam esse, modo Canonici infra terminum a Sacra Tridentina Synodo

statutum, Presbyteralem Ordinem susceperint; at si consuetudo probari nequeat, praefereendum esse Canonicum, qui prius post adeptam possessionem ad Ordinem Presbyteratus ascenderit. Ita in Veliterna. Hinc in Sutrina praecedentiae postquam declaraverat, praecedentiam deberi Presbyteris non autem Diaconibus et Subdiaconibus possessione potioribus, nam ita sancitum legitur in cap. *Statuimus de maiori-tate, et obedientia*; alteri Dubio, quo quaerebatur: *An Canonicus Diaconus, vel Subdiaconus anteriorem habens possessionem, promotus postea ad Sacerdotium, praecedere debeat Canonicum Sacerdotem Ordine Sacerdotali anteriorem?* sub die 27. Aug. 1707 respondit: *Negative*. Ab hac attamen regula fateor aliquando recessisse: verum id accidit aliquo peculiari in casu rationabili ex causa, quia alia forte erat Ecclesiae consuetudo, vel quia Clericus possessione anterior aetatem non habens ad suscipiendos Sacros Ordines requisitam, protestatus fuerat, paratum se esse, quamprimum aetatem impleverit, ad suscipiendum Ordinem, ac proinde locum suae possessionis tunc velle repetere. Hoc in casu in una Sanctae Severinae sub die 23. Nov. 1659 S. C. declaravit, quod *Orator quousque Sacerdotio carebit posthabendus est Canonicis Presbyteris etiam posterioris possessionis. At si, cum primum licuerit, Sacerdotium suscipiet, tunc, nisi consuetudo Ecclesiae, quam eo casu Canonici juniores probare debebunt, secus exigat, locum suae possessionis ascendat.* Videri etiam possunt Eugubina die 15. Sept. 1736 et Verulana praecedentiae 14. Aug. 1737. Haec adnotanda duxi, ne quis existimet, inter se pugnare S. C. Decreta. Nam in servanda regula eadem constans semper fuit, quod si ab eadem declinasse quandoque videatur, id fecit,

possessionem occupare debere ultimum in Choro Stallum. Ille autem consiliis non aquiescens, S. R. C. adivit, quod per supplicem Libellum praestitit Capitulum pariter, et coram R. P. D. Secretario Kalendis Junii anno vertente de more praesentibus Partibus, seu Procuratoribus deputatis, sequens concordatum Dubium fuit suo tempore disputandum, nimirum: An sit locus dimissioni veteris Stalli, seu potius manutentioni in casu? Adventante demum disputationis momento, in Ordinariis scilicet S. R. Comitibus penes Quirinales Aedes subscripta die coactis, nullam pro se Canonicus Morsilli rationem attulit, immo nec Procurator pro defensione comparuit; sed quum Capitulum recensitae Collegiatae desideret quaestiones abrumpere, omnia ordinate componere, et sibi in posterum regulam juxta alias praescribi, humillime S. R. C. rogavit pro Dubii solutione. Et Emi. et Rmi. P. S. Ritibus praepositi, audita plena relatione ab Emo. et Rmo. D. Card. Constantino Patrizi Urbis Vicario, et Ponente, facta, attentis consideratisque rationum momentis, omnibusque quae ad facti speciem attinent mature libratis, rescribendum censuerunt: *Pro Informante* locum nimirum esse pro dimissione veteris Stalli.

Atque ita rescripserunt, ac servari mandarunt in Choro Colleg. Eccl. S. Mariae Maj. supradictae, n. 4944 die 24. Sept. 1842.

Ad dubium: an ad Canonicos Clericos Collegiatae Eccles. S. Mariae Sermonetae possessione antiquiores seu potius ad Canonicos presbyteros antianitate posteriores tam in stallo quam in omnibus aliis functionibus tam intra quam extra Ecclesia spectet praecedentia? S. C. resp.: Negative ad primam partem; affirmative ad secundam. n. 4612 die 5. Mart. 1825.

NOTA GARDELL. AD HOC DECRETUM:

Etsi centies a Sac. Rit. Congregatione declaratum fuerit, quod ubi praebendae non sunt distinctae, praelationis ratio petenda sit ab dignitate Ordinis, non ab anterioritate possessionis, ita ut Presbyteri Diaconis, hi Subdiaconis anteire debeant, Clerici vero ultima tenere subsellia, et in Processionibus aliisque sacris functionibus locum iisdem cedere: nihilominus frequenter ad Sacram Congregationem deferuntur querelae ob insolentiam Clericorum, qui anterioritate possessionis superbia, nolunt se intra praescriptos continere fines, et locum dignioribus debitum usurpare praesument. Ideo, exorta hujusmodi controversia inter Canonicos Clericos Collegiatae S. Mariae Sermonetae, qui praestare contendunt tam in stallo, quam in omnibus aliis functionibus, tam intra, quam extra Ecclesiam Canonicos Presbyteros potiores Ordine, sed possessione posteriores, incassum adlaborante Episcopo, ut litem componeret, turbatamque pacem revocaret, opportunum huic malo remedium a Sacra Congregatione petitum fuit, quae, constans in sententia, et inhaerendo Decretis alias latis Canonicos in casu proposito Presbyteros posteriores antianitate praefereudos esse Canonicis Clericis possessione antiquioribus, edixit. Regulam dat Decretum in una Urbis S. Mariae ad Martyres. Postquam enim S. C. rem definiverat sub die 29. Martii 1659, non acquiescentibus Canonicis Clericis, iterum discussa fuit controversia in S. R. C. ordinaria habita coram SSmo., et Sanctitas Sua nedum decrevit: Canonicos Sacerdotes, quamvis possessione Canonicatus posteriores, ubi praebendae non sunt distinctae, semper, et ubique praefereudos esse Canonicis inferioris Ordinis, etiam possessione Canonicatus anterioribus:

Verum etiam addidit: non obstante immemorabili consuetudine, quam ab usum imperscriptibilem declaravit. Duo praesertim in hoc Decreto notanda sunt: Primum, quod, ut generale habendum est, quia Pontifex dictionem ubique adhibuit, qua significare voluit, in omnibus Ecclesiis tam Cathedralibus, quam Collegiatis, ubi praebendae non sunt distinctae, praefereudos esse Presbyteros Canonicis clericis, quamvis hi sunt possessione anteriores. Secundum vero, quod minime prodest consuetudo, etsi immemorabilis, quae non aliam qualitatem habere edixit, nisi illam abusus imperscriptibilis. Neque a regula declinavit S. C. in similibus controversiis alias excitatis. Forte tamen quis erit, qui secum putet, diversum quandoque fuisse iudicium, ac inter se pugnare Decreta. At oppido fallitur, qui ita credit; nam S. C. semper pro regula stetit, ut ex pluribus Decretis evidenter patet. Quod si aliquando ab eadem recessisse videatur, id accidit in casibus particularibus, et concurrentibus, aut alia consuetudine, aut circumstantiis, quae diversum exigebant responsum. Ita in Tropien. 10. Dec. 1619 respondit: Praecedentiam competere Canonicis prius receptis: ex eo quia eiusdem Ecclesiae consuetudo habet, ut Canonici omnes sint Presbyteri. Sed praeterquamquod hoc Decretum elatum est longe prius, quam generalis regula prodiret in posterum servanda, quae, ut supra notatum est, peti debet a S. C. responsis Pontificia auctoritate firmatis, in Causa praecedentiae inter Canonicos S. Mariae ad Martyres: eadem S. C. die 24. Maii 1659 id declaravit, quod forte in Tropien. erat obscurum, edicens, quod, ubi praebendae omnes sunt Presbyterales, sequens ordo tenendus sit: Consuetudinem Ecclesiae servandam esse, modo Canonici infra terminum a Sacra Tridentina Synodo

statutum, Presbyteralem Ordinem susceperint; at si consuetudo probari nequeat, praefereendum esse Canonicum, qui prius post adeptam possessionem ad Ordinem Presbyteratus ascenderit. Ita in Veliterna. Hinc in Sutrina praecedentiae postquam declaraverat, praecedentiam deberi Presbyteris non autem Diaconibus et Subdiaconibus possessione potioribus, nam ita sancitum legitur in cap. *Statuimus de maiori-tate, et obedientia*; alteri Dubio, quo quaerebatur: *An Canonicus Diaconus, vel Subdiaconus anteriorem habens possessionem, promotus postea ad Sacerdotium, praecedere debeat Canonicum Sacerdotem Ordine Sacerdotali anteriorem?* sub die 27. Aug. 1707 respondit: *Negative*. Ab hac attamen regula fateor aliquando recessisse: verum id accidit aliquo peculiari in casu rationabili ex causa, quia alia forte erat Ecclesiae consuetudo, vel quia Clericus possessione anterior aetatem non habens ad suscipiendos Sacros Ordines requisitam, protestatus fuerat, paratum se esse, quamprimum aetatem impleverit, ad suscipiendum Ordinem, ac proinde locum suae possessionis tunc velle repetere. Hoc in casu in una Sanctae Severinae sub die 23. Nov. 1659 S. C. declaravit, quod *Orator quousque Sacerdotio carebit posthabendus est Canonicis Presbyteris etiam posterioris possessionis. At si, cum primum licuerit, Sacerdotium suscipiet, tunc, nisi consuetudo Ecclesiae, quam eo casu Canonici juniores probare debebunt, secus exigat, locum suae possessionis ascendat.* Videri etiam possunt Eugubina die 15. Sept. 1736 et Verulana praecedentiae 14. Aug. 1737. Haec adnotanda duxi, ne quis existimet, inter se pugnare S. C. Decreta. Nam in servanda regula eadem constans semper fuit, quod si ab eadem declinasse quandoque videatur, id fecit,

quia aut consuetudo aut peculiare circumstantiae diversum exigebant responsum.

b) Super alios.

Cf. *Synodus; Sedes Cleri in Synodo* (decr. n. 3993); *Canonici Eccles. Cathedr.* (praecedentia); *Magistratus*.

In Processionibus antecedant ante totum Clerum Ecclesiae Cathedralis: Vd. *Processio; Processio in festo ss. Corp. Chr.*

Ad Funeralia in Eccles. Cathedr. congregantur: Vd. *Processio funebr.*

Capitulum et Canonicos Collegiatae Parocho et Clero Ecclesiae Parochialis Matricis in omnibus praefendum esse. n. 1837 ad 1 die 4. Aug. 1657.

Canonici Ecclesiae Colleg. in omni actu semper praefendi sunt Ecclesiis simplicibus et non Collegiatis. n. 150 die 10. Junii 1602; n. 1121 die 5. Febr. 1639.

Non competere Priori Collegiatae praecedentiam super Canonicos Cathedralis. n. 574 ad 6 die 19. Aug. 1619.

Canonicos Collegiatae capitulariter convenientes in Ecclesia parochiali occasione festivitatum aut funeralium habere debere praecedentiam super omnes alios praeter celebrantem solemniter aut Officium facientem. n. 1045 ad 1 die 21. Junii 1636.

Praecedentiam deberi Ecclesiae Collegiatae supra omnes alias Ecclesias non Collegiatas, *etiamsi praedictae Ecclesiae non Colleg. habuerint praecedentiam supra Ecclesiam Colleg., antequam in Collegiatam erigeretur.* n. 1101 die 27. Nov. 1638.

Praecedentiam competere Canonicis Collegiatis supra Abbatem. n. 1580 die 6. Apr. 1647.

Collegiatam canonicè erectam jus praelationis acquirere super caeteris a die expeditionis litterarum apostolicarum. n. 1857 ad 4 die 4. Aug. 1657.

Ad dubium: an in functionibus publicis Cathedralis, in quibus interveniunt Canonici Collegiatae, iidem Canonici sedere debeant post Beneficiatos Cathedr.? S. C. resp.: In hoc casu Canonicos Collegiatae praefendos esse Beneficiatis Cathedralis. n. 1119 ad 1 die 2. Julii 1661.

Sedeant Canonici (Colleg.) Canthiani immediate post Collegiatas antiquioris erectionis in eodem banco. n. 2220 die 16. Junii 1653.

Ad dubia: 1. An in Processionibus, caeterisque functionibus Ecclesiasticis praecedentia debeatur Capitulo, et Canonicis Ecclesiae Collegiatae S. Matthaei Sarni, vel potius Seminario ejusdem Civitatis? Et quatenus Negative quoad primam, Affirmative quoad secundam partem.

2. An eadem praecedentia debeatur dicto Capitulo, et Canonicis, quotiescunque praefatum Capitulum, et Canonici incedant sub Cruce Cathedralis?

Et S. eadem R. C. respondendum censuit:

Ad 1. Negative quoad primam partem, Affirmative quoad secundam, quando incedunt sub diversa cruce."

Ad 2. „Affirmative.“

Et ita decrevit, ac servari mandavit. N. 3882. Die 15. Februarii 1716. In Processionibus Prior et Canonici Collegiatae Castignani praecedere debent parochis aliisque presbyteris et Praebendatis Ecclesiae paroch. s. Petri. n. 4042 ad 3 die 21. Apr. 1736. Idem decret. pro civitate Augusta Dioeces. Syracus. n. 4965 ad 2 die 17. Junii 1743.

3) Qui sunt Canonici?

Presbyteri de capitulo Ecclesiae Nucerinæ petebant declarari: quod Canonici dicantur, qui habent stallum in choro et vocem in Capitulo. S. C. R. resp.: *Negative*. Non enim valet Consequentia: Habent vocem in Ca-

pitulo, ergo sunt Canonici. n. 608 die 31. Jan. 1626.

Vd. *Coadjutor Canonico*.

4) Canonici Parochi.

Vd. *Canonici Supranum; Canonicus Parochus; Processio funebris*; (Praeced.; praecip. decr. n. 4673).

Ad dubium: An Canonicus Paroch. Eccl. Metrop. Ravennat., quum conventui Parochorum interest, jus habeat sedendi in distincto subsellio, seu potius sedere debeat in alio loco juxta ordinem antianitatis? S. C. ... rescribendum censuit:

„Negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam.“

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit. n. 5100 ad 1 die 11. Septbr. 1847.

5) Supranumerarii.

a) Incensatio.

Vd. *Canonici Cathedr.* (incensatio).

b) Praecedentia.

Vd. *Canonici non consecratus; Canonici honorarii*.

Canonicos supranumerarios Cathedralis Nepesinae stante consuetudine decenniali praecedere debere Canonicos de numero postea receptos. n. 737 die 27. Mart. 1628.

Canonici supranumerarii et Antiani non consecrati non debent praecedere sacerdotibus. n. 2239 ad 2 die 4. Aug. 1663; n. 2287 ad 2 die 30. Aug. 1664.

Sacerdos Petrus Bonasera Canonicus Supranumerarius Cath. Pitilianen. itemque Eccl. S. Mariae in Civitate ipsa Parochus, quum S. R. C. sequentia Dubia pro opportuna declaratione exhibuerit, nimirum:

1. An in funeribus, facta ab haeredibus electione, dum Orator uti Parochus advocat ad funus Cathedralis Capitulum, possit praecedentiam habere

incedendo cum Stola ante Feretrum, locumque in stallo supra Capitulum assumere, cujus ipse est Canonicus supranumerarius?

2. An Parochus Canonicus supranumerarius Cath., in propria Eccl., praesente ipsius Cath. Capitulo, jus habeat Missam canendi?

3. Parochus constitutus Canonicus Supranumerarius cum plenitudine juris Canonialis, expressa voce: *Audito Capitulo*, utrum vocem habeat in Capitularibus Comitibus?

S. eadem C. post acceptam Rmi. Pitilianen. et Soanen. Informationem cum Voto, auditamque a subscripto Secretario fidelem relationem, in hodierno Ordinario Coetu ad Quirinale coadunata, omnibus maturo examine perpensis, rescribendum censuit:

Ad 1. „Affirmative in associatione Cadaverum: in Officio pariter affirmative, si Hebdomadarii munus exercent.“

Ad 2. „Affirmative, praesente Corpore, et in diebus III., VII. et XXX., in Anniversariis aliisque Functionibus negative, sed spectare ad Hebdomadarium.“

Ad 3. „Vocem habere tantum quando agitur de Disciplina, vel novo honore, aut onere suscipiendis.“

Atque ita rescripsit, servarique mandavit. n. 5133 die 22. Julii 1848.

CANONISATIO.

Vd. *Martyrologium; Sancti; Calendarium; Beatificatio*.

Nullatenus in *Anniversario* Canonisationis debere celebrari festum cum Officio, nisi illa tantum die Canonisationis et eo modo, quo concesserit S. C. n. 772 ad 6 die 28. Oct. 1628; 8. Apr. 1628.

Facultatem concessam in litteris et Bullis Canonisationum celebrandi festum de aliquo Sancto Canonisato et Officium